

Forfatter: [J.A. Cramer]


Titel: Ob Hostem Patriae Devictum A.D. XVII. Ianuarii MDCCLXII.


Citation: [J.A. Cramer]: "Ob Hostem Patriae Devictum A.D. XVII. Ianuarii MDCCLXII.", i [J.A. Cramer]: *Luxdorps samling af trykkefrihedens skrifter 1770-1773: Kvartbindet*, P.H. Høecke, ? [1772], s. 1. Onlineudgave fra Trykkefrihedens Skrifter: [https://tekster.kb.dk/catalog/tfs-texts-3\\_001-shoot-workid3\\_001\\_015/facsimile.pdf](https://tekster.kb.dk/catalog/tfs-texts-3_001-shoot-workid3_001_015/facsimile.pdf) (tilgået 08. maj 2021)

Anvendt udgave: Luxdorps samling af trykkefrihedens skrifter 1770-1773: Kvartbindet

Ophavsret Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse.

[Læs Public Domain-erklæringen.](#)







Non te praecipitem culmine deiici,  
Qui iam serpis humi, non tibi daniam.  
Ereptam manibus sacrilegis tuis,  
Irridere procaciter:

Non hoc laetitia me recreat! fugit  
Vox vulgi trepidans, reddita collibus,  
Vix audita mihi! gaudeo, gaudeo,  
Quod iam religio sacra,

Quod constans pietas plaudit ovans deo;  
Nec solamine iam, nec stabili caret  
Summi spe decoris, quod caput vtraque  
Victrix tollere sustinet!

A 2

Certe

Certe est visa deo, visa protervia est,  
Vlticique manu crimina vindicat!  
Exemplumne vides? quod tulimus iugum  
Et quae vincula rupta sunt!


Vana est religio, criminibus deus,  
Virtuti deus haud arbiter imminet.  
Non curat pietate & reverentia  
Humani generis coli.

Obgannire deo quid fecleris putas?  
Atrox hoc facinus credula plebs putet!  
At tu nobilior, tu sapientior  
Servile excutias iugum!

Aude quidquid aves, prosequere impiger  
Praceps consilium, dummodo carbasa  
Ventorum repleant miris laminae:  
Ter summus celebrabere!

Haec





5

Haec ille. At videas illico carcere  
Detrusum. Videas Metrius an levis  
Huic solatia nunc atque Aructius  
Fallax dulcia praebeant?


Hos demens coluit, poene deos vocans;  
Nutritumque suis egregie artibus  
Evexere virum, quem metuant boni,  
Venturumque canat genus.

Felix o nimium, qui sequitur duces  
Tantos! scilicet heic, heic sapientia,  
Prudens consiliumque, heic adamantinum  
Fulcrum & murus aeneus!

Haud est difficilis caeca protervia,  
Argutamque cachinnam odere non gravat:  
Ille utraque via gnaviter ambulans  
Est visus sibi olympius.

A 3

E





Et delubra sibi struxerat & focos!  
Affluxere mali quilibet ad deum  
Falsum hunc, iuris & huc quilibet impius  
Ofor munera contulit.

Plebesque adstupuit nomine nobilis  
Multa, orbata oculis & titubans gravi  
Maiestate colossi, vnda levis, ruit  
In delubra dei novi.

Vox est visa hominis nubibus editum  
Oraculum rabidi, quaeque deus, minor  
Iam monstro hoc furibundo, ipse Arctus  
Insanire superbit.

Quin & ferrea lex exiit vndique:  
Qui flexis genibus ferre iugum dei,  
Qui divae renuis sacra libidinis,  
Inque aram redolens dare

Thus;



Thus; quicumque recusas diademate  
Vinciri venerandum hoc caput aureo;  
Lascivas choreas plaudere quilibet  
Festino pede respuis:


Perdat te indocilem supplicium grave,  
Aut præceps abeas, plangere cum pia  
Virtute! hunc etenim prospera ab emibus  
Mandant fara coli deum!

Hæc inter gemitus e tenebris volant,  
Quorum spes deus, ad sidera supplices:  
Vindex esne deus? tunc deus potens  
Tandem crimina panies?

Servabisne pios? an nihil est tuum  
Contempsisse hominem nomen, & impia  
Ipsam te, deus, o, te, petulantia?  
Quis iudex nisi tu tuæ

Terræ?





Terrae? tunc vides ut terimus viam  
Virtutis? nihil hoc, nil & inane erit?  
An nunc fulminibus, coelipotens deus,  
An nunc tu tonitru cares?

Non certe dominus fulminibus caret!  
At vindex veniens fulmina nubibus  
Involvit tenebrosis. Tacito iacet  
Somno, fulgure quod deus

Idolum feriet. Discute, discute  
Mox somnum ex oculis! tunc, miser, vides,  
Quae surgat nubes parturiens tibi  
Mortem? at stertere pergit is.

Velox flamma volat nubibus horridis  
Demissa, haud citius fulmina decidunt!  
Illum flamma ferit, æm subito effugit!  
Et laetum insequitur melos!